

CAPUT III.

De quatuor precedentibus operationibus in
Aritmetica speciosa absolvendis.

PROBL. I.

Quantitates litterales addere.

I. **Q**uantitatibus litteralibus præfiguntur
signa, quorum significationem præ-
mitti omnino necessum est. Signum
additionis est $+$; signum autem subtractio-
nis est $-$; æqualitas duabus lineolis expri-
mi solet hoc modo $=$. Ita $a = a$, $a -$
 $a = 0$. Quantitas addenda dici solet quan-
titas *positiva*; quantitas autem subtrahenda
vocatur *negativa*. Si quantitati litterali præ-
figatur numerus aliquis, hic *coefficientis* vo-
catur; ita in quantitate litterali $1a$ nume-
rus 1 coefficientis appellatur. Si autem quan-
titas litteralis nullum numerum præfixum ha-
beat, jam unitas tanquam illius coefficientis
censeri debet: ita $a = 1a$, ut patet. Quan-
titates litterales dicuntur *similes*, si easdem
contineant litteras, & eundem earundem
litterarum numerum, etiamsi diversis coeffi-
cientibus notentur; ita $+ 2a$, & $- 5a$
sunt quantitates similes: at *dissimiles* sunt
quantitates a & b , atque etiam quantitates
 a & aa . Quantitas aliqua *ex pluribus ter-
minis composita* dicitur, quæ plures habet
litteras signo $+$, vel $-$ connexas. Ita $a +$
 b constat ex duobus terminis & *binomium*
dicitur; $a + b + c$ ex tribus terminis
com-